

Lateinische Lektüreübung II (Faller)
Wintersemester 2023/24
Text 4

Einige Gedanken zu Wesen und Aufbau der Philosophie:

Philosophiae tres partes esse dixerunt et maximi et plurimi auctores: moralem, naturalem, rationalem. Prima componit¹ animum; secunda rerum naturam scrutatur; tertia proprietates verborum exigit² et structuram et argumentationes, ne pro vero falsa subrepant.

Ergo cum tripartita sit philosophia, moralem eius partem primum incipiamus disponere. Quam in tria rursus dividi placuit, ut prima esset inspectio suum cuique distribuens et aestimans quanto quidque dignum sit, maxime utilis – quid enim est tam necessarium quam pretia rebus inponere? –, secunda de impetu³, de actionibus tertia.

Primum enim est ut quanti quidque sit iudices, secundum ut impetum³ ad illa capias ordinatum temperatumque, tertium ut inter impetum³ tuum actionemque conveniat, ut in omnibus istis tibi ipse consentias.

Hilfen:

¹*componit*: von *componere*, hier „formen“.

²*exigit*: von *exigere*, hier „untersuchen“.

³*impetus*: hier: „Antriebskraft“

Frage:

Von wem könnte dieser Text stammen?